



Ollerus apud Septentrionales populos anno mundi ter millesimo trecentesimo decimo, in magna existimatione fuit, ita ut etiã diuini ei honores decernerentur. Fama est illum adeò præstigi arũ usum calluisse, ut ad trañciēda maria offe, quod diris carminibus ob signauisset, nauigij loco uteretur, nec eo segnius quã remigio præterlabenti aquarum obstacula superaret. Erant huiusmodi uiri rerum Astrologicarum peritissimi, quibus cū abuterentur, dæmones eorum studia adiuuarunt, atq; ut homines in idololatria conseruarent, per eos res maximas peregerunt. Idc; præsertim apud Septentrionalis Germaniæ incolas. Id quod ex Gothicis

etiam historijs cognoscere licet. Verũ cum Ollerus fastu intolerabilis esset, tandem à Danis interfectus fuit, Sax, Gram. lib. 3.